



Theodoricus filius fuit Clodouei prīmi Christiani apud Francos regis ex Crothilde Burgunda. Is mortuo parente partitus cum fratribus tribus paternas ditiones, ipse Orientalem tractum Germaniæ, à Mosa ad Rhenum excurrentem, accepit. Clodomyrus enim Burgundiam & Aurelianensem agrum, Childebertus Aquitaniam & interiorem Galliam, Lotharius autem in ea diuisione Parisis sortitus erat. Itaque Theodoricus inter fratres natu minimus, regia posita in Mediomatricibus inter Mosam & Mosellam, ab illa se Metensium regē, à sitū uero sortitæ regionis se primum regem in Ostenreich nominauit. hunc postea Latinus Chronographi nomine corrupto Austriae & Austrasiæ regē dixerunt. Errata uero manu strenuus, atque magna prudētia peditus. Vnde cū exercitu Rhenum transgressus, cōtra Irmenfridū Thuringiæ regem ob fines regni bellum suscipit. Prælio autem ad Onestrudum Saxoniam fluuium cōmisso, adeo occisorum corporibus omnia repleta fuerunt, ut Fraci illac quasi per pontē transirent. Postea Irmenfridum regem ad se accersitum Tolbiaci ē mœnibus præcipitauit. Ut autem ab Alemannis tutior esset, cum Vtilone Handuerpiensi & Oceani Marchione, qui & ipse Turingis resistebat, fœdus iniit, & Heribertum eius fratrem in Vangionibus limitis præfectum constituit. Inde ut suos fines aduersus Romanos conseruaret, Gothis in Italia congenitilī nationi cum Bellisario & Narzete pugnantibus, fida sua auxilia subministravit.

tini Chronographi nomine corrupto Austriae & Austrasiæ regē dixerunt. Errata uero manu strenuus, atque magna prudētia peditus. Vnde cū exercitu Rhenum transgressus, cōtra Irmenfridū Thuringiæ regem ob fines regni bellum suscipit. Prælio autem ad Onestrudum Saxoniam fluuium cōmisso, adeo occisorum corporibus omnia repleta fuerunt, ut Fraci illac quasi per pontē transirent. Postea Irmenfridum regem ad se accersitum Tolbiaci ē mœnibus præcipitauit. Ut autem ab Alemannis tutior esset, cum Vtilone Handuerpiensi & Oceani Marchione, qui & ipse Turingis resistebat, fœdus iniit, & Heribertum eius fratrem in Vangionibus limitis præfectum constituit. Inde ut suos fines aduersus Romanos conseruaret, Gothis in Italia congenitilī nationi cum Bellisario & Narzete pugnantibus, fida sua auxilia subministravit.